

*Thomae de Aquino*

## Scriptum super Sententiis

### Prooemium

*Ego sapientia effudi flumina:  
ego quasi trames aquae immensae defluo:  
ego quasi fluuius Dorix, et sicut aquaeductus exivi de Paradiso.  
Dixi: rigabo hortum plantationum, et inebriabo pratus mei fructum.  
Eccli. 24, 40.*

Inter multas sententias quae a diversis de sapientia prodierunt, quid scilicet esset vera sapientia, unam singulariter firmam et veram apostolus protulit dicens "Christum Dei virtutem et Dei sapientiam, qui etiam nobis a Deo factus est sapientia", 1 ad Corinth. 1,24 et 30. Non autem hoc ita dictum est, quod solus filius sit sapientia, cum pater et filius et spiritus sanctus sint una sapientia, sicut una essentia; sed quia sapientia quodam speciali modo filio appropriatur, eo quod sapientiae opera cum proprietatibus filii plurimum convenire videntur. Per sapientiam enim Dei

[1] manifestantur divinorum abscondita,

[2] producuntur creaturarum opera,

[3] nec tantum producuntur, sed etiam restaurantur

[4] et perficiuntur: illa, dico, perfectione qua unumquodque perfectum dicitur, prout proprium finem attingit.

[1] Quod autem manifestatio divinorum pertineat ad Dei sapientiam, patet ex eo quod ipse Deus per suam sapientiam seipsum plene et perfecte cognoscit. Unde si quid de ipso cognoscimus oportet quod ex eo derivetur,

*Thomas von Aquin*

## Schrift über die Sentenzen

### Vorrede

*Ich, die Weisheit, habe Flüsse entströmen lassen,  
wie ein Strom unermesslichen Wassers fließe ich hinab,  
ich bin wie der Fluß Dorix  
und wie ein Wasserlauf bin ich ausgegangen vom Paradies.  
Ich sagte: Ich will den Garten meiner Pflanzungen bewässern  
und die Frucht meiner Wiesen tränken.  
(Sir 24,40)*

Unter den vielen Ansichten, die von verschiedenen [Denkern] über die Weisheit geäußert worden sind, nämlich was die wahre Weisheit sei, hat der Apostel eine auf einzigartige Weise feste und wahre zum Ausdruck gebracht, wenn er sagt: „Christus, Gottes Kraft und Gottes Weisheit, der auch für uns von Gott zur Weisheit geworden ist“ (1 Kor 1,24 und 30). Dies bedeutet aber nicht, daß einzig der Sohn die Weisheit ist, denn der Vater und der Sohn und der Heilige Geist sind eine Weisheit, wie sie auch eine Wesenheit sind; sondern, daß die Weisheit auf besondere Weise dem Sohn zugeeignet wird, da die Werke der Weisheit auf vielfältige Weise mit dem übereinstimmen, was dem Sohn eigentümlich ist. Durch die Weisheit Gottes nämlich

[1] wird das im Göttlichen Verborgene offenbar gemacht,

[2] werden die Werke der Geschöpfe hervorgebracht,

[3] ja: sie werden nicht nur hervorgebracht, sondern auch wiederhergestellt

[4] und vollendet, und zwar in jener Vollkommenheit, sage ich, in der ein jegliches [Ding] vollkommen heißt, sofern es sein eigentümliches Ziel erreicht.

[1] Daß aber die Offenbarung des Göttlichen der Weisheit Gottes zugehört, geht daraus hervor, daß Gott durch seine Weisheit sich selbst ganz und gar erkennt. Wenn wir daher etwas von ihm erkennen, muß es sich von ihm herleiten,



quia omne imperfectum a perfecto trahit originem: unde dicitur *Sapient.* 9,17: „Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam?“

Haec autem manifestatio specialiter per filium facta invenitur: ipse enim est verbum patris, secundum quod dicitur *Joan.* 1, unde sibi manifestatio dicentis patris convenit et totius Trinitatis. Unde dicitur *Matth.* 11,27: „Nemo novit patrem nisi filius et cui filius voluerit rivelare“: et *Ioan.* 1,18: „Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus qui est in sinu patris. Recte ergo dicitur ex persona filii: „Ego sapientia effudi fulmina“.

Flumina ista intelligo fluxus aeternae processiois, qua filius a patre, et spiritus sanctus ab utroque, ineffabili modo procedit. Ista flumina olim occulta et quodammodo confusa erant, tum in similitudinibus creaturarum, tum etiam in aenigmatibus Scripturarum, ita ut vix aliqui sapientes Trinitatis mysterium fide tenerent. Venit filius Dei et inclusa flumina quodammodo effudit, nomen Trinitatis publicando, *Matth.* ult. [28] 19: „Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti“. Unde *Iob* 28,2: „Profunda fluviorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem.“ Et in hoc tangitur materia primi libri.

[2] Secundum quod pertinet ad Dei sapientiam est creaturarum productio: ipse enim de rebus creatis non tantum speculativam, sed etiam operativam sapientiam habet, sicut artifex de artificialibus; unde in *Psal.* 103 [24]: „Omnia in sapientia fecisti“. Et ipsa sapientia loquitur, *Proverb.* 8,30: „cum eo eram cuncta componens“.

Hoc etiam specialiter filio attributum invenitur, in quantum est imago Dei invisibilis, ad cuius formam omnia formata sunt: unde *Coloss.* 1,15: „Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt universa“; et *Ioan.* 1,3: „Omnia per ipsum facta sunt“. Recte ergo dicitur ex persona filii: „Ego quasi trames aquae immensae defluo“; in quo notatur et ordo creationis et modus.

denn alles Unvollkommene nimmt beim Vollkommenen seinen Ursprung. Daher heißt es im *Buch der Weisheit* 9,17: „Wer kennt deine Gedanken, wenn du ihm nicht Weisheit verleihst?“

Diese Offenbarung aber scheint in besonderer Weise durch den Sohn bewirkt zu sein; er ist nämlich das Wort des Vaters, wie es in *Joh* 1 heißt. Daher kommt es ihm zu, den sprechenden Vater und die gesamte Dreifaltigkeit zu offenbaren. Und daher heißt es bei *Mt* 11,25: „Niemand kennt den Vater außer dem Sohn und derjenige, dem es der Sohn offenbaren will.“ Und bei *Joh* 1,18: „Niemand hat Gott je gesehen, außer dem Einziggeborenen, der im Schoß des Vaters ruht.“ Mit Recht heißt es folglich von der Person des Sohnes: „Ich, die Weisheit, habe Flüsse entströmen lassen“.

Unter diesen Flüssen verstehe ich die Ströme des ewigen Hervorgehens, durch die der Sohn aus dem Vater und der Heilige Geist aus beiden auf unaussprechliche Weise hervorgeht. Diese Flüsse waren einst verborgen und gewissermaßen verworren in den Ähnlichkeiten der Geschöpfe wie in den Rätseln der Schriften, so daß kaum einer der Weisen das Geheimnis der Dreieinigkeit im Glauben erfaßte. So kam der Sohn Gottes und ließ gewissermaßen die eingeschlossenen Flüsse entströmen, indem er den Namen der Dreifaltigkeit bekannt machte: *Mt* 28,19: „Lehrt alle Völker, tauft sie im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes“. Daher [heißt es] bei *Ij* 28,2: „Die Tiefen der Ströme hat er erforscht, und Verborgenes hat er ans Licht gebracht.“ Und damit wird der Gegenstand des ersten Buches berührt.

[2] Das Zweite, was zur göttlichen Weisheit gehört, ist die Hervorbringung der Geschöpfe: er besitzt nämlich im Hinblick auf die geschaffenen Dinge nicht nur eine theoretische, sondern auch eine praktische Weisheit, wie der Künstler im Hinblick auf die künstlich gemachten Dinge. Daher [heißt es] in *Ps* 103 [(104),24]: „Alles hast du mit Weisheit gemacht“. Und die Weisheit selbst spricht in *Spr* 8,30: „Ich war mit ihm und fügte alle Dinge zusammen.“

Dies aber findet sich in besonderer Weise dem Sohn zugeschrieben, sofern er das Bild des unsichtbaren Gottes ist, auf dessen Gestalt hin alles geformt ist. Daher [heißt es] in *Kol* 1,15: „Er ist das Bild des unsichtbaren Gottes, der Erstgeborene der ganzen Schöpfung, denn in ihm ist alles gegründet“. Mit Recht heißt es folglich von der Person des Sohnes: „Wie ein Strom unermeßlichen Wassers fließe ich hinab“, wodurch [a] sowohl die Ordnung als auch [b] die Art und Weise der Schöpfung vermerkt wird.



[a] Ordo, quia sicut trames a fluvio derivatur, ita processus temporalis creaturarum ab aeterno processu personarum: unde in *Psalmo* 148 5, dicitur: „Dixit, et facta sunt“. Verbum genuit, in quo erat ut fierent, secundum Augustinum.<sup>1</sup> Semper enim id quod est primum est causa eorum quae sunt post, secundum Philosophum<sup>2</sup>; unde primus processus est causa et ratio omnis sequentis processionis.

[b] Modus autem signatur quantum ad duo:

[b.a] scilicet ex parte creantis, qui cum omnia impleat, nulli tamen se committitur; quod notatur in hoc quod dicitur, „immensae“.

[b.b] Item ex parte creaturae: quia sicut trames procedit extra alveum fluminis, ita creatura procedit a Deo extra unitatem essentiae, in qua sicut in alveo fluxus personarum continetur. Et in hoc notatur materia secundi libri.

[3] Tertium, quod pertinet ad Dei sapientiam, est operum restauratio. Per idem enim debet res reparari per quod facta est; unde quae per sapientiam condita sunt, decet ut per sapientiam reparentur: unde dicitur *Sapient.* 9,19: „Per sapientiam sanati sunt qui tibi placuerunt ab initio“.

Haec autem reparatio specialiter per filium facta est, in quantum ipse homo factus est, qui, reparato hominis statu, quodammodo omnia reparavit quae propter hominem facta sunt; unde *Coloss.* 1,20: „Per eum reconcilians omnia, sive quae in caelis, sive quae in terris sunt“. Recte ergo ex ipsius filii persona dicitur: „Ego quasi fluvius Dorix, et sicut aquaeductus exivi de Paradiso“.

Paradisus iste, gloria Dei patris est, de qua exivit in vallem nostrae miseriae; non quod eam amitteret, sed quia occultavit: unde *Ioan.* 16,28: „Exivi a patre et veni in mundum“.

Et circa hunc exitum duo notantur, scilicet [a] modus et [b] fructus.

[a] Dorix enim fluvius rapidissimus est;

[a] Die Ordnung, denn wie die Ströme vom Fluß ausgehen, so leiten sich die Hervorgänge der zeitlichen Geschöpfe vom ewigen Hervorgang der Personen her. Daher heißt es in *Ps* 148,5: „Er sprach, und es wurde geschaffen.“ Das Wort zeugte, was in ihm war, damit es sei, nach Augustinus. Immer nämlich ist, dem Philosophen zufolge, dasjenige, was zuerst ist, die Ursache dessen, was später ist. Daher ist der erste Hervorgang Ursache und Grund jedes folgenden Hervorgangs.

[b] Die Weise aber wird in zweierlei Hinsicht bezeichnet:

[b.a] von Seiten des Schöpfers, der, obwohl er alles erfüllt, sich dennoch nicht erschöpft. Dies wird dadurch vermerkt, daß es heißt „unermeßlich“.

[b.b] Ebenso von Seiten des Geschöpfes: denn wie der Strom über das Flußbett hinausgeht, so geht das Geschöpf von Gott über die Einheit des Wesens hinaus, in dem wie in einem Flußbett die Flüsse der Personen enthalten sind. Und damit wird der Gegenstand des zweiten Buches kenntlich gemacht.

[3] Das Dritte, was zur Weisheit Gottes gehört, ist die Wiederherstellung seiner Werke. Ein Ding muß nämlich durch denselben wiederhergestellt werden, durch den es auch gemacht ist. Daher ist es angemessen, daß dasjenige, was durch die Weisheit gegründet wurde, auch durch die Weisheit wiederhergestellt wird. Daher heißt es in *Weish* 9,19: „Durch die Weisheit wurden geheilt, die dir von Anfang an wohlgefällig waren.“

Diese Wiederherstellung aber ist in besonderer Weise durch den Sohn vollbracht worden, sofern er selbst Mensch wurde. Indem er den Stand des Menschen wiederherstellte, hat er gewissermaßen alles wiederhergestellt, was um des Menschen willen geschaffen wurde. Daher heißt es in *Kol* 1,20: „Durch ihn hat er alles [mit sich] versöhnt, was in den Himmeln ist, wie was auf Erden ist.“ Mit Recht heißt es folglich von der Person des Sohnes: „Ich bin wie der Fluß Dorix, und wie ein Wasserlauf bin ich ausgegangen vom Paradies.“

Dieses Paradies ist die Herrlichkeit Gottes des Vaters, von der er ausging ins Tal unseres Elends; nicht daß er sie ablegte, sondern weil er sie verbarg. Daher heißt es in *Joh* 16,28: „Ich bin vom Vater ausgegangen und in die Welt gekommen“.

Und im Hinblick auf diesen Ausgang wird zweierlei bemerkt, nämlich [a] die Weise und [b] die Frucht.

[a] Die Dorix ist nämlich ein sehr schneller Fluß;

<sup>1</sup> Vgl. Augustinus, *De Genesi ad litteram* II 6 (PL 34,268).

<sup>2</sup> Vgl. Aristoteles, *Metaphysik* I 1,5 (993b24).



unde designat modum quo, quasi impetu quodam amoris nostrae reparationis Christus complevit mysterium; unde *Isaia* 59,19: „Cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit“.

[b] Fructus autem designatur ex hoc quod dicitur, „sicut aquaeductus“: sicut enim aquaeductus ex uno fonte producuntur divisim ad fecundandam terram, ita de Christo profluxerunt diversarum gratiarum genera ad plantandam Ecclesiam, secundum quod dicitur *Ephes.* 4,11: „Ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi“.

Et in hoc tangitur materia tertii libri: in cuius prima parte agitur de mysteriis nostrae reparationis, in secunda de gratiis nobis collatis per Christum.

[4] Quartum, quod ad Dei sapientiam pertinet, est perfectio, quae res conservantur in suo fine. Subtracto enim fine, relinquuntur vanitas, quam sapientia non patitur secum; unde dicitur *Sap.* 8, 1, quod sapientia „attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter“. Suaviter autem unumquodque tunc dispositum est quando in suo fine, quem naturaliter desiderat, collocatum est.

Hoc etiam ad filium specialiter pertinet, qui, cum sit verus et naturalis Dei filius, nos in gloriam paternae hereditatis induxit; unde *Hebr.* 2,10: „Decebat eum propter quem et per quem facta sunt omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat“. Unde recte dicitur: „Dixi: rigabo hortum plantationum“.

Ad consecutionem enim finis exigitur praeparatio, per quam omne quod non competit fini, tollatur; ita Christus etiam, ut nos in finem aeternae gloriae induceret, sacramentorum medicamenta praeparavit, quibus a nobis peccati vulnus abstergitur. Unde duo notantur in verbis praedictis, scilicet [a] praeparatio, quae est per sacramenta, et [b] inductio in gloriam.

daher bezeichnet er die Weise, in der Christus sozusagen aus einem gewissen Schwung der Liebe heraus das Geheimnis unserer Wiederherstellung vollendet hat. Daher heißt es bei *Jes* 59,19: „Wenn er wie ein gewaltiger Fluß kommt, den der Geist des Herrn treibt.“

[b] Die Frucht aber wird dadurch bezeichnet, daß es heißt „wie ein Wasserlauf“. Wie nämlich ein Wasserlauf aus einer Quelle hervorgeht und sich teilt, um die Erde fruchtbar zu machen, so fließen auch von Christus verschiedene Arten von Gnaden aus, um die Kirche zu pflanzen, so wie es in *Eph* 4,11 heißt: „Er gab einigen, Apostel zu sein, anderen aber Propheten [zu sein], anderen wiederum Evangelisten, anderen Hirten und Lehrer, um die Heiligen beim Werk ihres Dienstes zu vervollkommen, zur Auferbauung des Leibes Christi.“

Und damit wird der Gegenstand des dritten Buches angesprochen, in dessen erstem Teil von den Geheimnissen unserer Wiederherstellung gehandelt wird, im zweiten [aber] von den Gnaden, die uns durch Christus erworben wurden.

[4] Das vierte, das zur Weisheit Gottes gehört, ist die Vollkommenheit, durch welche die Dinge in ihrem Ziel bewahrt werden. Nimmt man nämlich das Ziel hinweg, bleibt Vergeblichkeit, welche die Weisheit nicht bei sich duldet. Daher heißt es in *Weish* 8,1, daß „die Weisheit kraftvoll vom einen Ende bis zum anderen waltet und alles sanft ordnet.“ Sanft geordnet aber ist ein jegliches Ding dann, wenn es in seinem Ziel, nach dem es natürlicherweise verlangt, gefestigt ist.

Dies aber betrifft in besonderer Weise den Sohn, der, weil er der wahre und natürliche Sohn Gottes ist, uns zur Herrlichkeit des väterlichen Erbes hinführt. Daher heißt es in *Hebr* 2,1: „Es war angemessen für ihn, für den und durch den alles geschaffen ist, daß er viele Söhne zur Herrlichkeit führte“. Daher heißt es mit Recht: „Ich sagte: Ich will den Garten meiner Pflanzungen bewässern.“

Zur Erlangung des Zieles bedarf es nämlich der Vorbereitung, durch die alles, was nicht dem Ziel entspricht, entfernt wird; so hat auch Christus, um uns zum Ziel der ewigen Herrlichkeit hinzuführen, die Arznei der Sakramente bereitet, durch welche die Wunde der Sünde von uns abgewischt wird. Daher wird in den vorgenannten Worten zweierlei bemerkt, nämlich [a] die Vorbereitung, die durch die Sakramente geschieht, und [b] die Hinführung zur Herrlichkeit.



[a] Primum per hoc quod dicitur: „Rigabo hortum plantationum“. Hortus enim iste Ecclesia est, de qua *Cant.* 4,12: „Hortus conclusus soror mea sponsa“: in quo sunt plantationes diversae, secundum diversos sanctorum ordines, quos omnes manus omnipotentis plantavit. Iste hortus irrigatur a Christo sacramentorum rivis, qui ex eius latere profluxerunt: unde in commendationem pulchritudinis Ecclesiae dicitur in *Num.* 24,5: „Quam pulchra tabernacula tua, Iacob“. Et post sequitur, 6: „ut horti iuxta fluvios irrigui“. Et ideo etiam ministri Ecclesiae, qui sacramenta dispensant, rigatores dicuntur, 1 *Corinth.* 3,6: „Ego plantavi, Apollo rigavit“.

[b] Inductio autem in gloriam notatur in hoc quod sequitur: „Et inebriabo partus mei fructum“. Partus ipsius Christi sunt fideles Ecclesiae, quos suo labore quasi mater parturivit: de quo partu *Isa.* ult. [66], 9: „Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? Dicit Dominus“. Fructus autem istius partus sunt sancti qui sunt in gloria: de quo fructu *Cant.* 5,1: „Veniat dilectus meus in hortum suum et comedat fructum pomorum quorum“. Istos inebriat abundantissima sui fruitione; de qua fruitione et ebrietate *Psalms.* 35,9: „Inebriabuntur ab ubertate domus tuae“. Et dicitur ebrietas, quia omnem mensuram rationis et desiderii excedit: unde *Isa.* 64,4: „Oculus non vidit, Deus, absque te quae praeparasti expectantibus te“. Et in hoc tangitur materia quarti libri: in cuius prima parte agitur de sacramentis; in secunda de gloria resurrectionis.

Et sic patet ex praedictis verbis intentio libri sententiarum.

(Lateinischer Text: [corpusthomaticum.org](http://corpusthomaticum.org))

[a] Das erste dadurch, daß es heißt: „Ich will den Garten meiner Pflanzungen bewässern.“ Dieser Garten ist nämlich die Kirche, von der es in *Hld* 4,12 heißt: „Ein verschlossener Garten ist meine Schwester, meine Braut“. In ihm gibt es verschiedene Pflanzungen, den verschiedenen Ordnungen der Heiligen entsprechend, die alle die Hand des Allmächtigen gepflanzt hat. Dieser Garten wird von Christus bewässert durch die Ströme der Sakramente, die aus seiner Seite fließen. Zum Lob der Schönheit der Kirche heißt es daher in *Num* 24,5: „Wie schön sind deine Zelte, Jakob.“ Und später folgt, [in Vers] 6: „wie bewässerte Gärten an Flüssen“. Und daher werden auch die Diener der Kirche, die die Sakramente spenden, „Bewässerer“ genannt, wie in 1 *Kor* 3,6: „Ich habe gepflanzt, Apollo hat bewässert.“

[b] Die Hinführung zur Herrlichkeit aber wird dadurch kenntlich gemacht, daß folgt: „und ich will die Frucht meiner Wiesen tränken.“ Die Früchte Christi sind die Gläubigen der Kirche, die er durch seine Mühen gewissermaßen als Mutter geboren hat. Von dieser Frucht heißt es in *Jes* 66,9: „Werde nicht ich, der ich andere gebären lasse, selbst gebären? spricht der Herr.“ Die Früchte dieser Geburt aber sind die Heiligen, die in der Herrlichkeit sind. Von dieser Frucht heißt es in *Hld* 5,1: „Mein Geliebter komme in seinen Garten und genieße die Frucht seines Obstes.“ Sie macht er auch trunken durch die Überfülle seiner Fruchtbarkeit. Von dieser Fruchtbarkeit und Trunkenheit heißt es in *Ps* 35,9: „Sie werden trunken von der Fülle des Hauses des Herrn.“ Und es heißt Trunkenheit, weil sie jedes Maß an Vernunft und Verlangen übersteigt. Daher heißt es bei *Jes* 64,4: „Das Auge hat nicht gesehen, Gott, ohne dich, was du denen bereitet hast, die dich erwarten.“ Und damit wird der Gegenstand des vierten Buches angesprochen: in seinem ersten Teil wird von den Sakramenten gehandelt, im zweiten von der Herrlichkeit der Auferstehung.

Und so wird aus den vorgenannten Worten die Absicht des Sentenzenbuches offenbar.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)